

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ

CORRESPONDANTS
DE
J.F. BOISSONADE

I
—
A-F

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1551

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1551



MS
Fiches faites

113

Rec. 30 mai 23.

à M. Boissonade.
Mr. Burges éditeur
de quelques tragédies
Grecques &c.

191

191
BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ
Sorbonne

Dear Sir

Hitherto you have received from me only Greek plays edited by myself. I now send you an English play written by myself. I think you will be much surprized to find that I have deserted the ancients for the modern muse, but the truth is that the English people do not know much of & care less for Greek; & as I have already lost about £150 by my learned publications I am anxious to see what I can gain by my unlearned ones.

I hear that you have quitted Paris as a place of residence; let me hope that neither ill-health nor a change of fortune has compelled you to take this ſtep so little ſuited to a man of literary habits, but that rather an improvement in your well-doing has been the cause of your leaving fumum et opes ſtrepitumque Romæ, in order that you may enjoy the amenities of St Denis's.

I think you will find ſome difficult paſsages in my play. When I next come to Paris I shall be happy to explain them. You ſee that altho' I have ceas'd to be a commentator on other authors I am ſtill anxious to be one on myself –

With the best & kindest regards
to yourself, the Coryphaeus
of Parisian Greek Scholars
I sign myself
very sincerely, yours,
George Burges.

B.U.

Reç. 22 7b. 37.

B.U.

BIBLIOTHÈQUE DE L'U… Sorbonne

Jo. Fr. Boissonado G. Burges S.

Mitto tibi, Vir praestantissime, librum non magnae quidem molis, nec tamen,
uti spero, pretii nullius. Etenim assiduo cum labore Thucydidea jam per
triennium legi, et, quod olim suspicatus sum, nunc demum intellexi esse
verum, Thucydidis scilicet relliquias temporis iniquitate vehementer deprav-
ari, et Critici falcem efflagitare, nihil, quod morbo sit proximum, excid-
ere timentis.

Audaciam meam in corrigendis, seu, quod alii insimulant, corrumpen-
dis locis scriptorum vetustorum, te reprehendisse memini. Nunc vero te auguror
culpaturum esse verecundiam Critici metuentis conjecturas etiam plures
roferre, quas Thucydidi modo non desperato unica jam via esse salutis vid
atur.

Si literis Graecis nondum vale dixisti, tibi auctor esse velim, ut textum
cum Scholiis et Vallae versione sincera diligenter conferas, quoties in locum
quendam offenderis suspiciosum; ipse enim inde mihi subsidium haud leve comparavi.
Id plus semel monui, et nunc iterum moneo. Vulgo legitur in VI. 89. καὶ αὐτὸς
οὐδενὸς ἂν χεῖρον ὅσῳ καὶ λοιδορήσαιμι — Ibi manifesto deest, quo referatur ὅσῳ —
Arnoldus, quod plane mireris, vidit locum esse lacunosum, facem praeferente Scho-
liasta; cujus verba sunt — καὶ αὐτὸς ἂν ἐγὼ οὐδενὸς ἧττον λοιδορήσαιμι αὐτήν,
ὅσῳ καὶ μέγιστα ὑπ' αὐτῆς ἠδίκημαι — unde illico eruas — καὶ αὐτὸς ἂν ἐγὼ οὐδενὸς
ἂν χεῖρον λοιδορήσαιμι, ὅσῳ καὶ μέγιστα ὑπ' αὐτῆς ἠδίκημαι — Cf. V. 90. οὐχ ἧσσον
— ὅσῳ καὶ ἐπὶ μεγίστῃ — et III. 45. οὐχ ἧσσον — ὅσῳ περὶ τῶν μεγίστων. Valla quoque

versio agnoscit verba Scholiastę – 'Tum vero ipse, quo majore ~~sum~~ injuria affectus sum, eo magis vitupero' – etsi codex ejus fuit vulgato deterior. Literę omissa sunt numero 28. Vid. mea ad Pappon. p. 190.

Pro hac emendatione nondum in lucem edita peto te, Boissonade, ἀντίδωρόν τι. Exstat in Bibliotheca Reg. Paris. MS. a Bekkero signatus h. (in Catalogo 1734. Ejus ad marginem scriptę sunt varię lectiones, quę cum Vallę versione mirum in modum conspirant. Fac me igitur certiorem utrum eę sint manus necne recentis. Ipse suspicor eas esse e margine H. Steph. ed. derivatas.

Si vis me magno beneficio devincire, conjecturas tuas in Thucydidea mecum communicare non recusabis. Novi equidem quę tu Athenęo aliisque scriptoribus soluti sermonis fecisti; neque Thucydides is est, quem Criticus, tui similis, debeat aut possit maculis oppletum relinquere. Vale.

Occasione forte data, Censorem mei libri agere te vehementer cupio; aliter enim populares tui, Thucydidea legentes, quantillum ea intellexerint, perspicere non poterunt. Iterum vale.

7 Sussex Street
Gower Street
London.

DONS
N° 30446

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ
Sorbonne

115 Reçu 31 oct. 45

J. F. Boissonadio G. Burges. S.

=

Miraberis fortasse, Vir Doctissime, me post tot annos nunc tandem, quasi ab inferis reducem, velle tecum per literas colloqui; sed desines mirari, cum intellexeris sermonem esse futurum de re, quam et mea interest narrare et scire tua. Annis jam octo praeteritis tu Theophylacti Simocattae Epistolas edidisti. Librum qui mihi salivam moverat, saepe et tibi et aliis allegatus, diu expetivi. Sed neminem noveram, vel inter venditores librorum veteriores, qui cupiditatibus meis satisfacere posset. Certior vero nuper factus Museum Britannicum eo demum ditari, illico in eum involavi, laetusque simul et dolens legi, quae tu de me meaque in Sophocl. Trachin. conjectura scripsisti. Laetabar mehercle vehementer principi viro homunculum placere posse; verum haud leviter dolebam tibi exprobrasse, quae tu jam biennio plus satis superque dilueras. In libro etenim Anglice scripto editoque Cantabrigiae A.S. 1837. sub nomine 'Poppo's Prolegomena' — questus sum in p 203. te Dobraeum, ab omnibus fere laudatum, decorare malle quam memet ipsum, Nucis Ovidianae instar, a plebe criticorum petitum simul et spoliatum. Libri mei exemplar quinquennio plus ad te mittendum tradidi Michello, Musae vetustioris Gallicae cultori, quem forte in Museo Britannico conveneram. Sed vehementer metuo ut in manus tuas veniat salvus; quod et mei tuique causa accidere nollem. Etenim ibi reperturus eras haud pauca minime vulgaria, et ad Thucydidea restauranda apprime idonea, et, quod ipse pluris facio, ad ineptias Germanorum de Graeca syntaxi refellendas. Ibi dum in eo fui, ut exagitarem Popponis judicium iniquum de certissima Dobraei conjectura, quae Thucydidea restituit legendo λύσεσθαι τὰς αἰτίας προέσθαι in V. 63. errati originem indicavi verbis quae non modo repetam, sed et alia iis insuper adjungam, quo melius intelligas me raro quidquam scribere solere, quin et id ipsum postea novis usque argumentis confirmare possim.

"Objection has been likewise taken by Poppo to Dobree's emendation — λύσεσθαι τὰς αἰτίας for ῥύσεσθαι in V. 63. and though Dobree had set the matter at rest by quoting ἔγκλημα λῦσαι in I. 42. ἀπολύσασθαι αἰτίαν in V. 75. 92. and διαβολὰς in VIII. 87. yet Poppo with a taste truly German would defend ῥύσεσθαι, which he confesses is not so used by Thucydides, because Diodorus, Herodian, Appian and the Byzantine writers forsooth have so used it; or, as he should have said, seem to use it; for in all the passages alluded to there is probably the same variation, as we find in Æsch. Prom. 243. where Rob. and 2 MSS distinctly read ἐξελυσάμην βροτοὺς instead of ἐξερυσάμην — from the usual confusion of ϱ and λ, as I have shewn at Tro. 664. where my emendation τήνδε λυσαίμην πόλιν for — ῥυσαίμην — in Soph. Œd. T. 72. has been attributed by Gaisford on Hephaest. Addend. p. 220. to some other scholar, because he was unwilling I suppose to mention my name.*

---

* A similar act of injustice has been done towards myself, unintentionally, I am sure, by Boissonade on Soph. Trach. 613. who there attributes an emendation to Dobree, which I first communicated to Dobree nearly 30 years ago, and even printed it subsequently in the Cl. Jl. N. XVI. p. 398. The vulgate has

Καὶ τῶνδ' ἀποίσεις σῆμ', ὃ κεῖνος εὐμαθὲς
σφραγῖδος ἕρκει τῷδ' ἐπ' ὄμμα θήσεται.

but which the Scholiast thus explains — Σημεῖον κομίσεις ὅπερ ἐκεῖνος ἐπιγνώσεται ἐπιθεὶς τὸ ὄμμα τῇ σφραγῖδι — and hence it is evident that he found in his MS.

καὶ τῶνδ' ἀποίσεις σῆμ', ὃ κεῖνος, ὄμμα θεὶς
σφραγῖδος ἕρκει τῷδ' ἐπ', εὖ μαθήσεται, —

where μαθήσεται is due to Billerbeck; for such is the legitimate future of μανθάνω, found in Hippol. 731. Heracl. 773. Prom. 962. Aj. 284. 672. Œd. C. 1523. and with regard to the collocation of τῷδ' ἐπ' εὖ μαθήσεται it may be compared with ὑπ' εὖ πεπόνθατε in Aristoph. Lys. 1194. while its ambiguous position between θεὶς and μαθήσεται has given rise to the Scholiast's ἐπιθεὶς and ἐπιγνώσεται. Then with regard to ὄμμα ἐπιθεὶς compare ὄτιν προσβαλοῦσα in Ion. 43. ὄμματα προσβαλοῦσα Med. 856. ὀφθαλμὸν ἐπήγαγες Callimach. H. in Apoll. 52. ὀφθαλμὸν ἐπιβάλλειν Antiatticist. p. 110. Lastly as touching

the custom of sending seals practised at this very day in Turkey see Bloom-
field on Thucyd. I. 129. and 132. who refers to Xenoph. H. Gr. VII. 1. Polyæn. VII. 7.
Tzetz. in Lycophr. 152. Meurs. Miscell. Lacon. III. 6. For thus drawing attention
to a neglected emendation I shall doubtless receive the thanks of Kidd;
who says on Dawes p. 371. that Porson would have repudiated the verse, as
unworthy of Sophocles; and so it was indeed, until I restored it."

Hæc certe in gratiam τῶν 'sumpsimus' legentium scripsi; sed longo usu di-
dici plures esse numero, qui 'mumpsimus' malunt; inter quos modo non
omnes Germanos εὔχονται εἶναι. Minime igitur miror Dindorfium et Wun-
derum edidisse Billerbeckianum — τῶνδ' ἔπον μαθήσεται. Nesciebant enim
quod vidit et Brassius, ἔπον ita Græce dici non posse, et μαθήσεται post
εὐμαθὲς esse Sophocle prorsus indignum. Illud etiam adjungo, quod εὐ-
μαθὲς nusquam, quicquid oggarniat Hermannus, accusativum re-
git; quas ineptias Godofredi ne amplectantur Linwoodus ad Eum. 505
Dindorfium sequitur, et comitem habet Wolthium in libro de Scholi Soph.
p. 217. Uterque etenim, ut opinor, mea ignorabant. Mitchellus vero ὁ μακρο-
ίτης statuit μαθήσεται rejici debere, quia μανθάνειν nusquam alibi apud
Sophoclem voce media reperitur; quasi res hic agatur de μανθάνει potius
quam μαθήσεται. Adeo difficile est hominibus cæcis recta incedere via. Quod
ad mea attinet, locis jam citatis addere possum ad tuendum ὄμμα θεὶς il-
lud Æliani in V. H. XIV. 42. ὀφθαλμοὺς τιθέναι εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν: necnon
Achill. Tat. IV. 2. ἐπιβάλλει τῇ Λευκίππῃ τὸν ὀφθαλμόν. Anonym. in Append. Stob.
e Cod. Fl. p. 27. πενιχροὺς ὀφθαλμοὺς οὐκ ἐπέβαλλον, et quæ congessit Wakefield
in Virg. G. III. 219. Possum quoque ἔπι sic ad finem membri positum tueri ope Philoct.
632. νεὼς ἄγοντ' ἔπι — et 1094 εἵλου τὸ κάκιον, ἀντί; — juxta conjecturas Wunderi et Dindorfi,
necnon vulgati ope in Tro. 1024. βαρβάρων ὕπο — Electr. 574. Νέβρον διώκων σοῦ μέθ' —
1025. πολλῶν μίαν ὕπερ — Agam 1279. βωμοῦ πατρῴου δ' ἀντ' ἐπίξηνον — Sed, ut verum
fatear, loca omnia illa sunt dubitationi obnoxia, neque adhuc reperi quod, cum ὄμμα θεὶς
ἔπι ad amussim sit quadraturum; licet perpetuo apud Thucydidem πέρι casum suum se-
quatur, et ἄπο apud nescio quem citatum a Suida in Ἄπο et Ὀψβαίς.
His tandem perlectis fateberis, opinor, chartam illam fidelem, quam tu a Dobræo
scriptam penicillo fuisse testaris, meam potius manum exhibere; fateberis quoque
me, annis prope sexaginta senescentem, mente vigere juvenili, et conjecturas

facere posse feliciter excogitatas et confirmatas docte, cum perlegeris quae ad Theobaldum Fixium scripsi tecum communicanda de Pseudo-Babrianis necnon Dissertationem, typis traditam, de lacunis, quas inter Thucydidea reperi solus et ope Suidae supplevi, plura de utraque materia daturus alio laxo tempore; nunc vero tuos unius in usus describere satis habeo narratiunculam facetam, cui tu primus facem haud exiguam protulisti, Apuleio ~~ad~~ in partes vocato; Germani tamen nihil protulerunt; qui puerorum instar inter tenebras ~~stare~~ trepidare solent, vel, si pedem forte movere audeant, continuo in murum capite impingunt, inscitiae simul et temeritati poenas daturi.

Νυκτὸς μεσούσης ᾖδε παῖς τις εὐφώνως, Γυνὴ δ' ἀκούει τοῦδε, κἀξαναστᾶσα, Θυρίδων προκύπτει· καὶ βλέπουσα τὸν παῖδα λαμπρᾶς σελήνης ἐν φάει καλὸν λίαν, Τὸν ἄνδρ' ἑαυτῆς καταλιποῦσα κνυζᾶσθαι[1], Κάτω μελάθρων ἦλθε, καὶ θύρας ἔξω Λαθοῦσα[2], ἐποίει τὴν προθυμίαν πλήρη. Ὡνὴρ δὲ κοίτης[3] ἐξανίστατ' ἐξ ὄρφνης[4], Ζητῶν, ὅπου 'στι, κοὐχ ἰδὼν δόμων εἴσω, Μελέων ἀγόντων[5], κἀυτὸς ἦλθ', ἵν' εἶδ' ἀρθμὸν[6], Καὶ τῇ συνεύνῳ φησί, "Μηδὲν ἐκπλήσσου, Τὸν παῖδα δ' εὔνουν[7] πεῖσον εἰς δόμους δῦναι[8]," Ὃν καταλαβὼν[9] παρῆγεν εἰς τὰ γ' ἀγκῶνος[10], Κάμφω θέλοντ' ἔδρων τι τῇ λύρᾳ θερμόν[11]. Ταῦτ' ἦν[12] μὲν οὕτως· ἡ 'μφασις δὲ τοῦ μύθου· Κακόν γε χαρίεν[13], ὅταν ἔχῃ τις ἐκπῶσαι.

1. Vulgo κοιμᾶσθαι. Sed magis facetum est κνυζᾶσθαι. Ita enim puer dulces sonos et insuaves maritus edentes pulchre inter se comparantur. — 2. Vulgatum ἐλθοῦσα hic stare nequit propter ἦλθε. Reposui λαθοῦσα memor locutionis in Aristoph. Thesm. 482 καταβαίνω λάθρα. — 3. Vulg. ταύτης: quod plane infacetum est. — 4. Vulg. ἐξαίφνης. Atqui non erat cur maritus subito expergesceret. Reposui ἐξ ὄρφνης — post tenebras. Unde intelligitur uxorem cum puero usque ad diluculum rem gratam habuisse. — 5. Vulg. μηδὲν χανάν τε. Salmasius — τι. Verum nemo hominum intelligere potuit μηδὲν χανών; quivis tamen μελέων ἀγόντων. Etenim inter coitum uxor et puer edebant 'dulcia murmura linguae,' ut Ovidianum loquar, et membra simul commovebant; quibus auditis maritus ad locum petitum, quasi manu ductus, devenit. Luditur in duplici sensu vocis μέλος, qua ~~melos~~ carmen et membrum significantur. — 6. Vulg. ἦλθεν εἰς οἶμον. At οἶμος dici nequit de platea. Sana ratio postulat — ἦλθ', ἵν' εἶδ' ἀρθμόν — Opportune Hesych. Ἀρθμόν — αἰδοῖον ἀνδρὸς ἢ γυναικός: ubi latet Comici senarius Αἰδοῖον, ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἀρθμὸν ὄν. Cf. Tro. 674. μί' εὐφρόνη χαλᾷ τὸ δυσμενὲς γυναικὸς ἐς τἀνδρὸς λέχος. — Ovid. 'Sed lateri ne parce tuo; pax om-

nis in uno Concubitu”. Meum εἶδεν quoque aliquatenus confirmat Catullianum
‘Deprendi modo pupulum puellae Trusantem; hunc ego, si placet Dionae, Pro
telo rigida mea cecidi’; ubi legi debet Crissantem, uti patet e Luciliano
‘cruribus crura dilaxat’, necnon Archilocheo – χήπι γαστὲ γαστέρα Προσ-
βαλὼν μηροὺς τε μηροῖς: unde suum hausit Lucilius ‘Et compone latus lat-
ere et cum pectore pectus’ – mox praetulerim – sic placeam Dionam – Certe si
placet et cecidi ita conjungi nequeunt. – 7. Vulg. δ᾽ ἡμῶν – Sed, malui reponere
δ᾽ εὔνου: quo nomine appellatur puer uxori morigeratus. – 8. Vulg. εἰς δόμ-
ους εὗδεν – Id Graece dici nequit: quod et Fixius vidit; sed male voluit
ἐλθεῖν – 9. Nihil hic habet καὶ ante λαβών. Dedi καταλαβών – 10.
Vulg. εἶτα κἀκεῖνος. Probe quidem scio εἶτα post participium posse inseri hic
vero sana ratio postulat – εἰς τά γ᾽ ἀγκῶνος – Suida teste Ἀγκὼν est μέ-
ος τι οἰκίας. – 11. Aliis lubenter relinquo Ἄμεσω θελόντων δεῖν τι τῇδ᾽ ἐλαθύμει
intelligenda. Ipse illico restitui Κάμεσω θέλοντ᾽ ἔδεων τι τῇ λύρᾳ θερμόν.
Etenim luditur in λύρα, qua et lyra et res viriles significantur, uti jam
monui in Excurs. ad Platon. Hipp. Maj. Quod ad θερμὸν in re tali, satis
dixerunt Villoisin ad Longum et Jacobs in Anthologiam. – 12. Vulg. ταυτί.
μὲν – Verum a fabulis τὸ ι δεικτικῶς dictum est alienum. Reposui ταῦτ᾽
ἦν – 13. Vulg. κακὸν ἐπιχαίρειν. At cuivis patebit legi debere κακόν γε χαίρειν Con-
ferenti verba Apulei in Metam. IX. Ibi enim puerum cum uxore rem habentem
pistor serena fronte commulcens ita alloquitur – ‘Nihil triste de me, fili, met-
uas – sed cum uxore mea partiario te tractabo – ut sine ulla controversia
– tribus nobis in uno conveniatur lectulo – Talis sermonis blanditie cavilla-
tum deducebat ad torum nolentem puerum, sequentem tamen, et pudicissi-
ma (leg. pudice pessima) illa uxore altersus (leg. altrorsus) disclusa,
solus ipse cum puero cubans gratissima corruptarum nuptiarum vindicta
perfruebatur – Vale, Vir Doctissime, et, quod facis, mea lumine placido re-
spicere perge:

P.S. Una cum hac Epistola Critica accipies tres libellos ab amicis edit-
os; unde intelliges nondum apud Anglos Hibernosque de literis ~~[illegible]~~
humanioribus actum esse. Duo alii ad te mittentur, quum ~~tibi~~ certior
factus fuero nos meliore fortuna quam Poppo's Prolegomena esse usos

Dabam – 20. A. Bayham Street, Camden Town. London.

Chartæ puræ spatium, quod restat, illinere placet conjectura in ~~Babrium~~ Socratis Fab XII. 15. Τί σε δροσίζει νυκτὸς ἔννυχος στίβη Καὶ καῦμα θάλπει, πάντα δ' ἀνεράστην τήκει — ubi ne unus quidem Germanorum, quod sciam, vidit, neque id mirum, legi debere — Τί σε δροσίζει νυκτὸς ἔνυγρος ἡ σπορώμενη, Καὶ καῦμα θάλπει, πνεῦμά τ' ἄγρεστιν τήκει — unde mirum in modum confirmatur emendatio mea, jam per triginta annos schediis privatis mandata, loci Sophoclei pessime habiti, in Trach. 144, 5, 6. Ibi vulgatur quidem, insano judice Hermanno, sanissime — Τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται Χώροισιν αὑτοῦ, καί νιν οὐ θάλπος θεοῦ, Οὐδ' ὄμβρος, οὐδὲ πνευμάτων οὐδὲν κλονεῖ. Tu vero, ni me omnia fallunt, fateberis τοῦ mumpsimus osor me τοῦ sumpsimus cultorem Sophoclea restituisse legendo — Τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται Χώροις, ἵν' οὐ τήκει νιν οὐ θάλπος θεοῦ, Οὔτ' ὄμβρος, οὐδὲ πνεύματι ἴον οὐδ' ἓν κλονεῖ — Latine versa Grotiano more 'In talibus ætas tenera nutritur locis Ubi nulla eam vis marcidam Solis facit, Neque imber aut ventus violam ullius demetit' — Anglice vero 'For in such gardens grows of youth the flower, Where no sun wastes it, no shower weighs it down, Nor breath of wind a violet lays low'. Etenim Tragicus in animo habuit Homerica in Od. E. 478. Τοὺς (θάμνους) μὲν ἄρ' οὔτ' ἀνέμων διάει μένος ὑγρὸν ἀέντων, Οὐδέ ποτ' ἠέλιος φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλεν, Οὐδ' ὄμβρος περάασκε διαμπερές — quæ feliciter imitatus est Lucretius — Quas neque concutiunt venti, neque nubila nimbis Aspergunt, neque nix acri concreta pruina Cana cadens violat, semperque innubilus æther Integit, et large diffuso lumine ridet — ubi lege omnino — vi quatiunt et — immobilis ad exemplar Græcæ locutionis σταθερὰ μεσημβρία. ~~At~~ Virgilius presso pede sequitur Sophoclem in Georg. I. 92. 'Ne tenues pluviæ rapidive potentia solis Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat' — ubi misere se torquent Viri Docti et Indocti ad tuendum tenues — quia nesciunt Poetam scripsisse tenuent; scripsit et rabidi; nam rapidi soles sunt brumales, et idcirco mitiores. Hactenus de sententia; quod ad verba, ex hoc ipso loco Hesychius hausit Θάλπος, Ἴον, Κλονεῖ et Τήκει φθείρει, quæ gl. convenit cum verbis Scholiastæ — ὥστε καύμασι φθείρεσθαι. Iterum vale.

B.U.
BIBLIOTHÈQUE UNIVERSITÉ SORBONNE

116 190
BIBLIOTHÈQUE de la Sorbonne MS
196

Jo. Fr. Boissonadio Georgius Burges

Mitto tibi, Boissonade amicissime, qui modo non unicus inter Viros Doctos mea pusilla conamina ad litteras Græcas promovendas vultu benigno tueri soles, Sophoclei Philoctetis exemplar; quem quidem librum eo scilicet animo nuperrime edidi, ut documento satis luculento Hermannum docerem, quot et quanta monstra ~~dic~~ dictionum pro Sophocleis essent nimis patienter a Viris Doctis recepta, et quam facile scribarum errata, nam alia est lacunarum ratio, possent emendari, si quis et oculis simul et mente legere Sophoclea et pensitare vellet. ~~Ea~~ Utrumque quidem te facere solere probe scio; video tamen te bibliopolæ mancipium, quod quidem servitium mihi quoque post res fractas contigisse dolebis, editiones cogi procurare, quæ magis emptores quam lectores alliciant typorum potius et chartæ nitore, quam doctrina ingeniique dotibus commendatæ. Alioqui, mehercule, minime tu erga me adeo iniquus, sat scio, fuisses, ut conjecturas meas Dobræo tribueres; qui si vivus esset, mihi soli laudem detulisset, restituenti Soph. Trach. 614. legendo

Καὶ τῶνδ᾽ ἀποίσεις σῆμ᾽, ὃ κεῖνος, ὄμμα θεὶς
Σφραγῖδος ἕρκει τῷδ᾽ ἔπ᾽, εὖ μαθήσεται

ice ineptiarum, quas Hermannus aliique ~~de~~ scholæ τῆς σφόδρα Τευτονικῆς tueri conantur ineptissime. Dobræus enim ipse probe noverat, me conjecturam illam fecisse paucis diebus post Troadas editas, eandemque ~~[illegible]~~ memet literis mandasse fidelibus in Cl. Jl. N. XVI. p. 398 ibique demonstrasse non aliam scripturam in Codice, quo usus est Scholiastes, esse repertam, uti patet ex ejus interpretatione, ~~I~~ quam tu proferre debuisti. Σημεῖον κομιόσεις, ὅπερ ἐκεῖνος ἐπιγνώσεται, ἐπιθεὶς τὸ ὄμμα τῇ σφραγῖδι: ubi duplex illa præpositio in ἐπιγνώσεται, et ἐπιθεὶς indicat Scholiastam aliquatenus ~~fluctuare~~ inter ἐπιθεὶς et ἐπιμαθήσεται fluctuare.

Oro igitur te, Boissonadi, si forte occasio tibi dabitur de illo loco commentandi, mihi saltem mea tribuere velis, ne bis dicar infelix, amicis pariter et inimicis spoliatus. Hoc tamen infortunium aequiore animo ferrem, si viderem ineptias meas itidem esse Criticis esurientibus praedam; verum ab istis aut cauti abstinent, aut callidi in lucem eas proferunt ea mente, ut, lectores absterrendo, faciant ~~me~~ sibi viam faciliorem insigne nomen adipiscendi, dum mea sine suspicione surripiunt.

In Philoctete Sophocleo, qualis a me correctus in posterum intelligi poterit, quod hodie quidem de illo dici nequit, multa ni fallor, optime constituta reperies, et feliciter inventa; fortasse etiam ~~et~~ plura in quibus, te judice, scripturam in pejus mutasse videar; etenim e tuis in Sophoclem notis intellexi te mumpsimus (Bentleianum nostri vocabulum) magis quam sumpsimus patrocinari velle, Hermanni, ut opinor, censura quadam tua Sylloge inductum; is enim, qui praeteritis annis conjecturas proferre solebat et plures Wakefieldianis pejoresque, nunc demum palinodiam canit, et emendationes, quasi piaculum, abominatur, annis~~que~~ impotens ad agendum factus, editores ubique nervosiores insequitur exsecandi causa, quibusque volupe sit ostendere se magnum quid facere posse. Ipse vero quem ne Porsonus quidem deterrere poterat de via, quam insisti (9/13) olim, neque ~~in~~ post~~ea~~ hac sum deser~~am~~ turus, minime ~~tam~~ dictis Hermanni obedientem ~~assentientem~~ me geram ~~[illegible]~~; qui plane in re Critica sese κόθορνον ἑκαστόπουν ostendit, sententiam scilicet hodie rejiciens, quam ipse heri amplexus erat, iterumque aliam prolaturus erat, ab utrisque immane quantum discrepantem. Hujus rei poteram sane documenta proferre centena; sed uno contentus ero. Perlegas, quaeso, notas ejus in Philoct. 841. οἶσθα γὰρ κτλ. et mecum ride hominem, qui, quum in Act. Societat. Lips. I. p. 68. negasset αὐτὰν dici posse pro τὰν αὐτάν, fassus est id posse dici in libro de Metr. ed. 2. p.   quique conjecturam propositam in Dissertat. de Αὐτὸς c. XI. ipse tacite repudiat in notis ad Philoct. l.c. at ubi ~~tamen~~ ille Versat saxum sudando neque proficit hilum? ibi, ni fallor, ~~ac~~ confitebere me nullo molimine et verba et metra Sophoclis revocasse; nisi forte legere praestet εὖ, ποῖ, ἴθι εὖ τὰν-

Hac occasione data tibi in manus tradam Euripidis Baccharum Supplementum, quod ipse quindecim plus annis exactis reperi; et mense proximo tibi deferendum curabo libellum alterum, cujus mentio facta est aliquoties in notis ad Philoctetam, et in quo continentur Platonis Crito et Hippias Major una cum Alcibiade secundo et Sisypho Pseudo-Platonis. Harum editionum necnon Promethei Æschylei, cujus exemplar tibi in manus venisse salvum gaudeo, sententiam tuam in Diariis Gallice scriptis velim exponas ἀνέδην et ab omni assentatione, ~~qualem~~ uti decet virum ingenuum alienus, et memor moniti Shakespeariani "Nothing extenuate nor set down aught in malice"; hanc enim provinciam neminem novi te melius procuraturum; neque tibi, uti spero, injucundum erit mea, si forte tibi videar non ineptus esse, laudibus tuis, quas maximi facio, cumulare.

Vale mi Boissonadi meque, jam rebus fractis et modo non desperatis, tuo favore reddas erectum et diei candidioris praesagientem.

P.S. Si forte in Bibliothecis publicis aut privatis offendas in diarium Anglice dictum Gentleman's Magazine, reperies nonnulla ad literas Graecas spectantia, tibi jucunda futura; ibi enim per menses quatuor duodecim exactos conscribillavi nugas quidem, sed et inter nugas immiscui res graviores, praecipue in censuras editionum Thucydidis, quas Blomfieldus et Arnoldus procuraverant; conjecturisque ~~ibi~~ prolatis, ni fallor, egregiis, demonstrari Thucydidem esse non secus atque Tragicos Graecos, misere depravatum, et Criticae manus egere vel Bentleii ipsius cultello magis ad recidendum parata.

P.S. Magnam apud me gratiam inibis, si per Diaria Gallice Gallica scripta Bibliophilos peritiores percontando, me certiorem reddideris exstetne alicubi terrarum in Codice MSto "Ludus Septem Sapientum", similis ei, quem Franciscus Modius in lucem primus vindicavit; idemque dictum puta de versione Latina metris scripta, quam Hartmannus Schopper fecisse fertur, carminis quod dicitur Gallice 'Roman du Reynard'; Teutonice 'Reinechs de Fuchs', Et Anglice 'Reynard the Fox'. Probe quidem scio, quid de libris utrisque scripserint Dacier, De-Sacy et Méon; at pro comperto habeo vestrates minime oculis aquilæ esse præditos, ut in re Critica, videant, quod non ante pedes positum sit. Unus tamen

Le-Grand d'Aussy veritatem perspexit, utpote literis Græcis ~~satis~~ imbutus satis, in eo quod monuerit Scriptorum scilicet Classicorum reliquias in versionibus vernaculis medii ævi etiam nunc latentes erui [illegible] manu solerti et sagaci posse.

Iterum vale.

Literas tuas superscribas oportet,
Mr. George Burges
at Mr. Bohn's
King William Street London.

B.U.